

esse neces-
sitatez fu-
moribus.
unde no-
st dicendū
supiora
ut causa
ez licet
nt signa
erum.
¶ q̄s
eps.
psuluisse.
ota pro
lo ofilio
unri siue
nciat ar-
em siue
on. sic p
la voca
one pu-
itur qui
ocat de
cum ad
dicium

occuly. Simā auidacioz q̄ sercone qua ce-
bui. Nā puemre ista ad noticiā demonū
p̄ nōnulla ec̄ expimēta p̄tū ē. Sed vtrū
signa quedaz dent̄ ex corpore cogitātū
illis sensibilia nos aut latētia an alia vi spi-
rituali ista cognoscant. ā difficillie p̄t ab
hōmibz ā omnino nō p̄t inueniri. **¶**

Quod autēz sortilegiā diuini si-
cessare noluerit e- cōmūcādi
sūt. rōne et auct̄ oritate p̄b ar.
¶ Est enī quoddā genus cultus
re ydoloꝝ ex demonū ofultacoibz futu-
ra p̄dicere. Sicut enī auarus q̄ cultū deo
debitū nūmo impendit y doloꝝ cultoz ab
ap̄lo noiatur. sic illi qui futura que ex di-
oraculo nōnunquam reuelata inueniūt
vel demonū ofultacoē uel q̄buslibet p̄sti-
gīs inuenire laborāt. diuinitatis inacere
anris attribuit. futura enī p̄scare solus
dei ē. qui in sui cōtēplacōne etiā angelos

re xendi dōf. amr. **¶** Ite ex.
fi caplo. xxx. **S**acris officij
Non oportz **u**l inuicē
sacris officiis deditos
gicos vel incatatores existē.
lateria q̄ aiaz suaz. vicul ad
aūt q̄ talibz rebus vtūtur pro
iustimus. **¶** Ite ex ocilio tole
pitulo. xxx. **D**onore p̄tate

¶ I quis **g**os vel auru
Peps aut pressbr ā diacon
libet de ordimbz cleicoꝝ ar-
catatores ā ariolos ā c̄re aug
nlegos vel q̄ p̄fitetur artē ma-
eoꝝ. filia exercētes cōsuluisse
fuerit. ab honore dignitatis i
mōsterij curā excipiat. ibiqz p
tue deditus scelus admiffus sa-
uat **¶** Ite ex agathēi cōcilio.

IX. B. 5. 315.

45.

Sod

~~IX. B. 5. 315.~~

~~XXVIII. 9. 00~~

3. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.



27 481.
Disputatio Juridica
De
SENTENTIA
DEFINITIVA.

Quam
Magnifico Amplissimoq; Jure-Consulto-
rum Ordine in Academiâ Lipsiensi
annuente,

Pro
LICENTIA DOCTORALI

In Aroaterio Collegii Principum
Majoris Majori,

Addiem XII. Decembris

Publica συζήσεα committet

M. CASPAR MICHAEL WELSCH

Lipsiensis

ANNO MD CXXXIII.

LIPSIAE

TYPIS RITZSCHIANIS.

Disputatio Juridica

SENTENTIA

DEFINITIVA

Quam

Magnifico Amplissimoq; Jure-Consulto

rum Ordine in Academia Lipsiensis

publice

LICENTIA DOCTORALI

in hoc Collegio Principum

Majoris Majoris

Ab die XI. Decembris

publice defendenda

M. CASPAR MICHAEL WELSCHE

Lipsiensis

ANNO MDCCXXXIII

LIPSIÆ

Typis Ritschmannis





THESES PRIMA.

Sententia (a) Definitiva (b) est Sententia, quâ Causæ indisceptionem judicialem principaliter devenientis controversia à Judice ritè deceditur. (c)

(a) Quod vocabulum à sentiendo descendere ipsa Etymologia declarat, à quâ licitum est argumentari, si non discrepet à Definitione. *l. mutuum. 2. §. appellata. 2. ff. de Reb. cred. Everhard. in Top. loc. ab Etymol. per tot.* Dicitur enim Sententia quasi Sensus existentia, quia per hanc id, quod in sensu & opinione est, significatur. *l. 1. ff. qui test. fac. poss. l. hanc consultissimâ. 8. §. at cum humana. C. eod. l. si adibus. 32. ff. de dam. inf. l. qualem. 19. §. 1. ff. de recept. qui arb. recep.* quâ ratione Sententiæ nomen generale est, multisq; modis, ac rebus accommodari potest; specialiter verò Judicantis præceptum denotat, quo Judex judicat secundum id, quod sentit. *arg. l. sicut. 8. §. etsi. 4. ff. si servit. vind.* Debet autem Sensus Judicis esse ordinatus, & regi non arbitrio proprii capitis, vel voluntatis, sed autoritate legis. *l. 1. §. 4. ff. ad SC. Turpill. Matth. Coler. in tract. de Sent. & re. Jud. in rubr.* Atq; in his præceptis, sive Sententiis ferendis, Veteres maximè fuerunt solliciti, ita ut certas etiam in illis adhibuerint formulas, inter quas celeberrima illa est, quæ utitur verbo *Videri*, id quod

Cicero lib. 4. Acad. quæst. modestiæ causâ fieri dicit: Nam etiam si reus convictus esset, tamen iudex dicebat *Videris* fecisse; *Jdem* lib. 4. in *Verr.* Vix ille hoc dixerat, cum iste pronunciat, Sthenium literas publicas corrupisse *videri*, & lib. 6. in eund. fecisse *videri* pronunciauit. Adde Liv. lib. 25. ubi dicit: Tribuni vocaverunt plebem, quæ ita scivit, si M. Posthumius ante Cal. Majas non prodiisset, citatusq; eo die non respondisset, neq; excusatus esset, *videri* eum in exilio esse, bonaq; ejus venire, ipsi aqua & igni *videri* interdicti, quâ de re vid. Barnab. Briffon. lib. 5. de form. pag. mibi 482. & seq. In Galliâ Sententiæ Parliamentorum vocantur *Arrests*, Arresta, à verbo Gallico *arrestes*, quod significat gradum inhibere & subsistere, (*par ce qu' il s' y faut arrestes*) eò quod in illis oporteat acquiescere, neq; ullâ provocatione, vel appellatione possint infringi: Jean Du Tillet en son Recueil sur le mot d' Arrest. adde Petr. Peck. in suo tract. de Jure Sist. c. 1. n. 1. & seq.

(b) Est enim alia, quam Interlocutoriam vocant, verum nos eâ sepositâ, de hac, & quidem secundum causas, quæ in definitione singulæ habentur, ὡς ἐν παραδείῳ dispiciemus, quandoquidem aliâ appellatione Sententiæ, in dubio intelligitur Definitiva. gl. in l. 1. §. biduum s. ff. quan. appel. sit. Jo de Jmol. ad l. quod jussit. 14. ff. de Re Jud. n. 1.

(c) Text. est in l. f. C. de sent. & interl. om. Jud. l. Judex. 55. l. duo. 28. l. Paulus. 42. ff. de Re Jud. l. preses. 3. & l. post sententiam. 9. ubi Salic. C. d. t. Bart. in d. l. qualem. 19. §. dicere. ff. de recept. qui arbitr. Specul. de Sentent. lib. 2. part. 3. n. 3. Arn. de Reyger in process. Jud. Disp. 8. 0. 7. p. 188. Blar. ad L. diffamari. c. 9. pag. 301. Jo. Petr. de Ferrar. in sua Pract. in for. Sent. definit. n. 4. pag. mibi, 208.

THE-

THESIS SECUNDA.

Causa Efficiens Sententiæ est Judex.

d. l. duo 28. ff. de Re Jud. l. 1. & 2. C. de Sent. ex brev. Mod. Pist. Cons. 12. pag. mibi 253. n. 90. qui debet esse talis, ut nullus in eo defectus deprehendatur, contra Legem, vel Naturam, vel Mores peccans, aliàs enim non valeret Sententia, ut quia mutus, vel surdus, vel furiosus, vel servus, vel impubes, vel mulier, vel excommunicatus, vel infamis, vel similis, qui defectus habentur in *l. cum Prator. 12. §. non autem. 2. & l. Judex datus. 46. ff. de judic. c. ad probandum. X. de Re Jud. c. audivimus. 24. q. 1. c. sciscitatus. X. de Rescript.* Debet itaq; vir bonus esse, & innocentis viri officio fungi. *l. Catera. 4. §. mala. 1. ff. fam. ercisc. l. continuus. 137. §. cum ita. ff. de V. O. c. quoniam contra. X. de probat. l. 17. §. ait Prator 5. ff. de injur. & ob id honorari. c. ut debitus. X. de appel.* Darumb sol Er gehret/vnd Herr Richter genennet werden. Landrecht. arte 3. lib. 25. ingl. col. 2. Weichbild. arte 8. ingl. Lehnrecht c. 65. ingl. Oportet insuper, ut sit competens, *d. l. duo 28. ff. de Re Jud. l. 19. ff. de Jurisd. l. 6. §. 10. ff. de injust. rupt. & irrito fact. test. d. l. 2. & 3. C. de Sent. ex brev. Petr. Gregor. Tholos. in Syntag. Jur. part. 3. lib. 50. c. 1. n. 25.* qui verò Judex competens, vel incompetens sit, egregiè declarat *Arnold. de Reyger in Process. Disp. 1.* Habeat item Jurisdictionem: Judex enim est basis & fundamentum, imò dux & Imperator Judicii. *Bald. in rubr. C. si à non compet. Jud. n. 2. Mod. Pist. d. loc. nec judicatum dici potest ab eo, qui jus dicendi potestatem non habet. l. 1. §. hac autem. ff. quod quisq; Jur. in al. Thom. Trivis. lib. 2. decis. 11. n. 3. pag. mibi 376.* & hanc suam Jurisdictionem debet exprimere, an videlicet sit ordinarius, vel delegatus, si enim ignorat, aut allegare nescit suæ potestatis fundamentum, frustra, & sine effectu pronunciat *arg. l. nulli. 10. C. de sent.*

A 3



sent. & inter. omn. Jud. l. 1. & l. privatorum. 3. C. de Jurisd.
l. f. ff. eod. l. 5. ff. de Re Jud. Paul. 5. sent. 5. §. 1. Duaren. ad tit.
C. si advers. rem jud. nec excedere suam Jurisdictionem de-
bet. N. 15. c. 3. §. f. N. 82. c. 5. quia Jurisdictio, quæ certæ rei
vel quantitatis finibus est coarctata, supra eam quantitatem,
vel extra eam, nulla est. l. fin. ff. de Jurisd. & ob id Judex fit in-
competens. t. t. C. si a non compet. Jud. Requiritur porro, ut
Judex ipse in propria Persona ferat sententiam, & non per
alium. l. 27. §. 4. & 5. ff. de recept. qui arb. c. fin. de sent. & re-
jud. in 6. nisi sit persona Illustris, vel Episcopus. d. l. 2. C. de
sent. ex brev. VVesenb. in parat. de Re Jud. n. 5. Alex. in rubr. de
off. ejus. col. 4. in f. Hodie plerunq; sententiæ tam Majorum,
quàm Minorum Judicum leguntur per alios, puta per Acto-
rum Magistros, die *Berichtschreiber*/ferente hoc consuetudi-
ne. *Chil. Goldstein. in Pract. par. 3. c. 65. n. 6.* id quod etiam
in Gallia fieri monet *Petr. Greg. Tholos. in Syntag. Jur. part.*
3. lib. 52. c. 1. n. 22. Plures Judices si constituti fuerint, omnes
debent pronunciare, h. e. in sententiâ ferendâ consentire,
tunc autem omnes Judices judicare intelliguntur, cum om-
nes adsunt. l. tunc autem 37. ff. de Re Jud. Unde duo ex tribus
Judicibus uno absente judicare non possunt, quippè omnes
judicare jussi sunt: sed si unus adsit, & contra sentiat, stabitur
duorum Sententiæ. l. duo. 39. ubi *Duar. ff. de Re Jud. c. f. de*
arb. in 6. item, si aliquis eorum per contumaciam absit, tunc
valet Sententia præsentium. c. causam. junct. c. prudentiam.
X. de off. deleg. d. l. duo ex tribus. ff. de Re Jud. vel si unus de man-
dato aliorum pronunciet. c. in Genesi. X. de elect.

THESIS TERTIA.

Materia de quâ pronunciat Judex est ipsa
causa principaliter deducta in Judicium.

118.

L. 18. ff. commun. divid. l. 20. ff. de except. rei Jud. l. ult. C. de fid. lib. Wesenb. in parat. de Re Jud. n. 6. nec enim dici potest Sententia diffinitiva, nisi totum diffiniat negotium principaliter in Judicium deductum. Jmol. in l. si finita. §. non autem. col. 1. ff. de damn. inf. Ex quo apparet differentia inter Definitivam, & Interlocutoriam sententiam. hæc enim non tangit negotium principale, sed inter principium & finem, causæ decidit aliquam quæstionem in judicio emergentem. arg. l. 14. ff. de Re Jud. gl. in Clem. un. vers. diffinitiva. de sequest. poss. & fruct. c. 38. X. de off. deleg. c. 36. X. de testib. Alex. in rubr. ff. de Re Jud. n. 6. Felin. in rubr. X. eod. col. 2. & com. Dd. puta super libello offerendo, vel corrigendo, super dilatione dandâ, vel denegandâ, & similibus, quæ ad præparationem causæ magis, quàm ad decisionem pertinent. Duar. de Re Jud. pag. 665. quas, si cum principali causâ non sunt conjunctæ, Judex separatim decidere debet. l. penult. ff. de nexal. act. l. 39. in pr. ff. de minor. l. 5. §. 1. ff. de lib. agnos. l. 2. C. de ord. Jud. l. 21. in pr. ff. de recept. qui arb. Trentl. part. 2. Disp. 23. §. 1. adde Marant. in Spec. ord. Jud. p. 6. in cap. de Sent. à num. 9. usq. ad n. 22. ubi differentias complures recenset; quamvis, ratione sui articuli, quem definit, Sententia interlocutoria etiam Diffinitiva dici possit, prout refert Gail. ex Felin. 1. obs. c. 29. sub fin. nimirum vocabulò Diffinitivæ largo modo sumto. Lanfr. in Prax. c. 10. n. 28. pag. 317. Cæterum id, quod in judicium deductum est, excedere Potestas Judicis non debet, neq; potest. d. l. ut fundus. 18. ff. com. div. arg. d. l. cum quidam. ult. C. de fid. lib. ubi dicit Bl. quod fatuus sit Judex, qui super aliis, quàm supra petitis pronunciat. adde c. licet Heli. X. de Simon. Panciroll. cons. 195. n. 24. pag. 361. Et hinc venit, quod Judex ad causas civiles principaliter datus non possit cognoscere de criminalibus. l. 1. & 2. C. si à non comp. Jud. Gail.

Grail. lib. 1. obser. 66. n. 5. nec his quæ meri sunt imperii sese ingerere. l. 1. ff. de off. ejus. cui mand. est Jurisd. adde, quod illius Jurisdictio ratione certarum causarum sit limitata. l. solemus. 61. §. latrunculator. 1. ff. de Jud. l. defuncto. 6. ff. de publ. Jud.

THESIS QUARTA.

Forma (a) sententiæ definitivæ in eo consistit, ut Judex pro tribunali sedens (b) justo loco (c) ac tempore (d) causâ cognitâ (e) & utrâq; partē auditâ (f) probationibusq; ritè in Judicium deductis (g) secundum Leges, & consuetudines (h) pronunciet (i) reum condemnando, vel absolvendo. (k)

(a) Quæ semper diligentissimè est observanda, alias enim sententia, & nomen & effectum suum amittet. l. prolatam. 4. C. de sent. & interl. Jo. Petr. de Ferr. in Pract. in for. appell. ab interl. in gl. n. 1. pag. mibi 205. Wesemb. in parat. b. n. 7. liquidem Forma dat esse rei. l. Julianus 9. §. sed si quis. 3. ff. ad exhib. l. mulieris. 13. §. 1. ff. de V. S. & non servatâ formâ datâ à lege, vel ab homine, corrui actus. c. cum dilectâ. ext. de Rescript. c. Pisanis. ext. de restit. Spol. c. venerabili. ext. de off. de leg. quos textus citat Everhard, in Top. L. à defect. form. n. 1. §. 2. pag. 87.

(b) Judicis enim sedere est, cum res, de quâ agitur, desiderat plenam cognitionem. c. f. de sent. & re jud. in 6. l. à procedente. 4. C. de dilat. N. 82. c. 3. l. utile. 2. §. dies. 1. & §. in bonorum 2. ff. quis ordo in bon. poss. Advocatorum autem stare, l. quisquis. 6. §. f. C. de postul. l. honorati. 1. C. de off. civil. Jud. adde l. quoties. 3. C. ubi Senator. vel Clariss. Id quod etiam antiquitus fuit observatum, ut videre est apud Ciceronem pro

Rabir.

Rabir. postb. modo vos iidem in Aulum Gabinium Iudices sedistis. Item apud Propert. lib. 3. Eleg. 8.

Non tamen immerito Minos sedet arbiter Orci. Et lib. 4. Eleg. ult.

Aut si quis positus Iudex sedet Aacus urna. Et apud Achillem Boetium Symb. 53.

Olim Pelleus Juvenis cum forte sederet Iudex, & Actori alteram, Interea digito prudens occluderet aurem, Interrogatus a suis Cur nam sic faceret? satis Actori est, ait, una, Servo alteram integram Reo.

Rationem reddit Roland. à Valle, quia sedendo & quiescendo animus fit prudentior. vol. 1. conf. 41. n. 15. pag. mibi 177. & Iudex animo constante, sedato & benè composito, ac perturbationibus vacuo esse debet, talis autem magis esse potest, cum etiam corpus est quietum, & ubi sedet. Rittersb. ad pr. Inst. de off. Jud.

(c) Nimirum in loco publico & consveto, hoc est, Iudicii. l. cum sententiam. 6. C. de sent. & interl. l. 5. C. quom. & quand. Jud. l. pen. ff. de J. & J. c. perniciosam. 18. q. 2. Vult. 2. Jur. Rom. 28. aliter se res habet in delegato ad unam causam, cui in iubendo judicare certus locus non fuit assignatus, qui judicare poterit in quocunq; loco voluerit, dummodò sit congruus litigantibus. l. si locus. 59. ff. de Jud. Imò potest etiam extra territorium Delegantis sententiam ferre, sine concessione Domini illius territorii, modò ambæ partes consentiant. text. est singularis in c. statutum, §. in nullo. de Rescript. in 6. Idem procedit in Episcopo habente plures terras in suâ diocesi, qui in quolibet loco potest curiam tenere, citare, & sententiam ferre. c. cum Episcopus. de Off. ord. in 6. Quod etiam obtinet in arbitro, qui potest sibi eligere locum hone-

B

stum



stum & ad quem litigatores facile venire possint. *l. quid tamen. 21. §. si arbiter. 10. in f. junct. §. seq. ff. de recept. qui arb.* similiter quando locus solitus non est tutus, vel propter pestem, vel quia ruinam minatur, tunc potest Judex eligere alium locum, & ibi sententiam ferre, additâ tamen protestatione quod propter necessitatem elegerit talem locum. *c. statuimus. 13. de off. deleg. in 6.* quò pertinent omnes casus necessitatis, qui ad certum locum non obstringunt. *arg. l. un. ff. de Off. Cons. adde d. c. statuimus.* necessitatis enim causâ quam plurima contra regulas & formas in Jure nostro sunt constituta. *Gail. 2. obs. 134. n. 4. cum legem non habeat. arg. l. item quamvis. 10. §. 1. ff. com. div.* ita ut Judex super equo possit ferre sententiam, quò citò aufugere queat. *Marant. de conclus. in caus. n. 55.*

(d) Videlicet die juridico, sive non feriato *l. fin. C. de fer. l. 3. C. de dilat. l. 6. C. quan. prov. non est nec. l. 2. ff. si quis in jus voc. non. l. 6. ff. de fer.* quamvis secus sit in arbitratore, qui omnibus feriis, etiam introductis in honorem Dei, potest pronunciare, quia coram eo non est Judicium, sed quædam quasi transactio & compositio, undè dicit Br. quod etiam die Dominicâ possit ferre suû arbitramentum, quia pacem excitet inter partes, Pax autem fieri potest die feriatâ *l. 1. ff. d. t.* Debet item ferri Sententia interdium, hoc est, tempore matutino, vel meridie, vel vesperâ, prout explicat *d. N. 82. c. 3. adde c. consuluit. ext. de off. deleg.* noctu autem ferri non potest. *Vant. in tract. de nullitat. tit. de nullitat. ex defect. Jurisd. n. 132. vers. sive exemplum ponas. Menoch. lib. 1. arb. Jud. quest. 62. & lata est nullius momenti. Petr. Duenna reg. 58. p. 1. & reg. 188. & 192. p. 2. Marant. in Spec. p. 6. n. 92. Decius in d. c. consuluit. n. 109. & omninò Polyd. Ripa tract. de noct. temp. c. 134. n. 12.* propter necessitatem tamen, quandò res tempore est peritura, potest etiam de nocte fieri. *Bl. in l. casus 8. C. de*

de testam. n. 1. vers. Et est argumentum. Jason in l. non minorem. 20. C. de transact. n. 3. sub fin. Br. in l. more. 8. ff. de fer. n. 1. ubi enim periculum evidens est in morâ, ibi neq; loci neq; temporis ratio haberi potest. Dan. Moller. lib. 3. Semestr. c. 44. n. 4. Et seqq.

(e) l. fin. §. f. ff. quod met. caus. d. l. prolatam. Et ibi Br. C. de sent. Et interl. d. l. nec quidquam. §. ubi decretum. ff. de Off. procons. Clement. Pastoralis. de sent. Et re jud. Duar. in method. explic. ad h. tit. c. 1. Et 1. Disp. annivers. 41. ad hoc enim Judex regulariter tenetur, ut cognoscat, sicuti apparet ex alleg. l. 2. ibi, cognoscendi necessitas. C. de sent. ex brev. adde c. juregentium. Et ibi gl. ext. de Re Jud. Et c. ex literis ext. de in integr. rest. undè dicitur, quod Judicem cuncta rimari oporteat. c. judicantem. 30. q. 5. quo sensu inquit Barbat. inc. Ecclesia S. Marie. col. 23. de constitut. quod Judex malè agat, qui super causâ manè sibi oblata vesperi pronunciat, quia ex hoc brevi tempore colligendum, quod sententia sine sufficienti cognitione & indagatione Actorum fuerit prolata. vide Neviz. in Sylv. nupt. lib. 5. pag. 542. n. 106. Felin. ad d. c. Ecclesia S. Mar. n. 14. col. 223. Et seq. nisi res citò sit peritura. Idem ibid. n. 32. col. 230.

(f) Cùm sit æquissimum, ne quid pronuncietur antequam utraq; pars fuerit audita. l. ult. C. si per vim. Hinc ante omnia præcedere litis contestatio debet, quæ initium est Judicii l. un. junct. Auth. offeratur. C. de lit. contest. l. 31. in pr. ff. de reb. cred. c. super questionem. ibi gl. verbo, exordium litis. ext. de off. deleg. undè eà omisâ ipse processus nullus efficitur. d. l. prolatam. ubi Br. C. de sent. Et interl. c. un. ext. de lit. cont. Jo. Baptist. Asin. in Pract. §. 3. cap. 21. n. 2. Gail. 1. observ. 75. n. 1. adde. Ord. Camer. p. 3. tit. 32. §. vnd sollen. Et tit. 34. de causis summar. Zang. de except. c. 2. n. 8.

(g) Sunt enim probationes de substantiâ Judicij. Cra-

vet. cons. 265. n. 5. vers. non obstat. quandoquidem Judex inde
format animi sui motum in ferenda sententia. l. 3. §. 2. l. 21.
§. ult. ff. de testib. l. 6. §. 4. ff. si quis omis. caus. l. 79. §. 1. ff. de
Jud. l. 13. ff. de probat. N. 125. c. 1. c. in presentia. ext. de renun-
ciat. Lanfr. in d. c. quoniam contra. vers. interlocutoria. ext. de
probat. & hæ probationes sequuntur litem contestatam. t. t.
ext. ut lit. non contest. per easq; rerum veritas indagatur. arg.
l. in lege. 77. ff. de contrab. emt. l. 17. ff. de in diem add. l. 30. ff.
de testam. tut. l. 10. ff. de reb. dub. fieri autem hoc debet per cre-
bras interrogationes. l. judices. 9. C. de jud. d. c. judicantem. 30.
q. 5. quod si probationes non fuerint adductæ, consequens
est, ut à non probantis petitione conventus absolvatur. l. qui
accusare. 4. C. de edend. l. ult. C. de rei vind. c. f. ext. de Jurei.
Facit quod Sententia debeat esse conformis libello, actis &
probationibus. arg. d. l. ut fundus. 18. ff. com. div. arg. d. l. cum
quidam. ult. C. de fid. libert. l. 1. C. de quest. Andr. Gail. 1. obs. 66.
Udalricus Zasius in l. Paulus respondit. 43. ff. de Re Jud. Dec. cons.
22. n. 2. Everhard. in Top. pag. 339. n. 2. Panciroll. Consil. 63. n. 2.
pag. 100. Schurff. cent. 2. cons. 68. n. 8. pag. mibi 352. ubi ratio-
nem addit. Jo. de Jmol. ad l. in summa 58. ff. de Re Jud. n. 1. Bero.
vol. 1. Cons. 179. n. 7. pag. 681. & vol. 2. Cons. 53. n. 8. pag. 210.
Sententia enim justificatur ex actis. c. ad sedem. ext. de restit.
Spol. c. presentata. ext. de testib. que Jura ad hoc allegat Phil.
Dec. in d. c. quoniam contra. n. 15. Mod. Pist. cons. 10. pag. 110. n. 1.
adde cons. 12. pag. 255. n. 97. & recipit interpretationem ex il-
lis. Panorm. hic. §. inter ceteros. n. 8. Hinc dicit Alex. in l. scire.
n. 4. de V. O. quod Sententia & libellus procedant à pari, &
Jason in l. vinum. n. 23. sic cert. pet. quod tria debeant esse con-
formia, libellus, probatio, & sententia. Mod. Pist. cons. 16. p. 293. n.
31. & cons. 22. p. 360. n. 6. Dissentit Costanus lib. quest. cap. 9.
n. 16. & seq. qui negat sententiam conformem esse oportere
libello, & allegatas LL. ut fundus. & cum quidam. nihil ad
rem

rem facere dicit, cui subscribit Rittershuf. *in d. §. curare. Inst. de A. vid. Lanfr. distinguentem in Prax. cap. 12. n. 40. pag. 437. & omnino Felin. ad d. c. licet Heli. ext. de Simon. col. 107. & seqq. ubi addit limitationes quasdam.* Sunt tamen quidam casus, in quibus sententia libello difformis valet, quos recenset Mynsing. *in d. §. curare.* id quod potissimum in criminalibus observatur. In his enim Judici liberum est plus minusve condemnandi. *Br. ad l. quid ergo. 13. §. poena gravior. 7. ff. de his qui not. inf. Bl. ad l. etsi. C. ex quib. caus. infam. irrog.* Unde etiam tradunt Interpretes, in Judiciis criminalibus conclusionem non esse de necessitate libelli, *per text. in. l. 1. §. 4. ff. ad SC. Turpill.* sed sufficere facti narrationem. *Bl. in l. 2. C. d. t. Br. in l. libellorum. 3. ff. de accus.* Quod autem hic dicitur, sententiam debere esse conformem libello, illud non intelligendum quoad conclusionem libelli, quia secundum hanc omnis sententia esset condemnatoria, sed debet intelligi quoad rem, quoad causam, & quoad rationem intentatam, hoc est, per sententiam debet terminari res deducta in libello secundum causam, ex qua res petita est, & secundum modum agendi deductum in Judicium, & sic etiam poterit sententia esse absolutoria. *Bl. in l. certi conditio. 9. ff. si cert. pet. Lanfr. in Prax. c. 10. n. 16. pag. 308.* Porro dum dicitur, quod sententia actis & probationibus debeat esse conformis, sequitur quod Judex secundum acta & actitata, & non simpliciter secundum conscientiam judicare debeat. *l. illicitas. 6. §. veritas. 1. ff. de Off. Pres. c. si Sacerdos. ext. de Off. Jud. ordin. c. pastoralis. ext. de Offic. deleg. Hart. Pist. lib. 1. quest. 45. n. 24. pag. mibi 518.* non enim judicat tanquam homo, sed tanquam Judex. *l. quingenta. in f. ff. de probat.* quod tamen distinctionem admittit, qua de re vid. *Chil. König in Proceß. von Endurtheil. pag. mibi 537.* & de hac questione videatur omnino

B 3

Hottom.

Hottom. ill. quest. 27. adde Jac. Thoming. decis. 16. n. 17. Cui. lib. 12. obs. c. 19. Vult. Jurisp. Rom. lib. 2. c. 31.

(b) Nec enim Sententia pugnare debet cum legibus & consuetudinibus quæ vim legis habent. *l. cum prolati. 32. ff. de Re Jud. l. 2. C. quan. prov. non est necess. l. 1. ff. qua sent. sin. ap. pel. l. 5. C. de LL. adde pr. Inst. de Off. Jud. non enim exemplis, sed legibus judicandum est, ut habet vetus verbum, quod ex Demosthene depromsit Imp. in l. nemo. 13. C. de Sent. & interl. (nisi sint exempla Principis, quæ faciunt jus, ceu sunt casus à Principe decisi. l. fin. C. de LL. c. in causis. ext. de Re Jud.) & aliàs non tam spectandum est, quid Romæ fiat, quàm quid fieri debeat. l. sed licet. 12. ff. de Off. Praef. si itaq; contra expressum Jus lata fuerit, ipso Jure nulla erit. l. si expressim. 19. ff. de appell. Panorm. hinc §. sententia. n. 1. & 2. Undè Judicis sententiam ex solâ gratiâ latam invalidam esse, quis non videt? taceo, quod talis Judex hæc suâ falsitate in gravissimas pœnas incurrat, de quo vide l. 2. C. de pœn. Jud. qui mal. jud. adde N. 124. c. 2. Et hinc est, quod in Sententiis hæc apponatur clausula, *von Rechts wegen*/ quæ nihil aliud significat, quàm Judicis officium, secundum Dd. quos citat Wehnerus in obs. pract. pag. mihi 351. Quod autem Judex etiam secundum consuetudines & statuta, seu leges municipales, licet à Jure communi exorbitent, judicare debeat, docet Andr. Gail. lib. 1. obs. 36. sed hoc casu necesse est, ut consuetudo, vel statutum coram Judice allegetur & probetur, alioqui probabiliter ignorari potest, cum consuetudo & statutum sit facti, & in facto consistat, ut ait Pontifex c. 1. de Constitut. in 6. gl. & Br. in l. 2. C. si contra Jus vel util. publ. Laborare præterea Judex debet, ut certæ rei sententiam ferat. d. §. curare. & ibi Vult. & Schneidew. Inst. de A. l. pen. C. de sent. qua sine cert. quant. Bero. vol. 3. cons. 204. n. 26. pag. 585. Judicis enim arbitrio hoc facere incumbit d. l. 2. ff. de Re Jud. l. Pomponius ait. 13. §. recepisse*

.l. 21

l. 21. §. Pomponius. ff. de reb. aut. Jud. nam vel ob hanc maximè causam aditur Judex, ut rem incertam & dubiam suâ pronuntiatione efficiat certam. *d. l. 1. ff. de Re Jud.* Certa autem sententia est, ex quâ apparet quid, quale, & quantum sit id, ad quod reus condemnatur. *l. certum. 6. ff. si cert. pet. l. stipulationum. 74. §. 1. ff. de V. O.* licet in aliquibus casibus incerta sententia valeat, puta in petitione hereditatis, in causâ noxali, in legato deductâ Falcidiâ. *gl. in l. non possumus. 7. ff. si pars hered. pet. Jo. Petr. de Ferrar. in Pract. form. Sent. Diff. n. 41.* Item super aliquo petito in genere, hoc modo, Peto condemnari Titium ad dandum unum bovem; Item super aliquibus petitis alternativis, ut, condemno Titium ad dandum decem, vel fundum; & in hoc casu poterit debitor eligere post sententiam in executione, utrum velit dare decem, vel fundum: Valet item hujusmodi sententia, Condemno Titium ad servandum Sejum indemnem; sed postea ista indemnitas debet liquidari in executione. *vide hâc de re pulchrè differentem. Lanfr. in Prax. cap. 10. n. 24. pag. 314.*

(i) Debet tamen prius ad audiendam Sententiam partes citari curare *l. 1. §. pen. ff. quæ sent. sine appell. resc. c. 1. ext. de causa poss. & propr. Dambud. in Prax. Civil. c. 219. Bero. vol. 3. conf. 51. n. 28. pag. 169.* id quod valdè necessarium est, nam & Deus ipse videtur induxisse citationem & causæ cognitionem, ut colligitur *exc. Deus omnipotens. 2. q. 1.* ubi dicitur quod Deus noluerit punire peccata Sodomorum, nisi descenderit & viderit, &c. undè Deus, antequam puniret Adamum de peccato inobedienciæ, vocavit eum & ipsius defensiones audivit. *Genes. c. 3. v. 10. & seq. referente Panorm. hîc §. cum olim. n. 26.* contra absentem itaq; lata sententia non valet. *l. 47. ff. de Re Jud. l. f. C. si per vim. Cyn. super Cod. lib. 9. pag. 537. n. 3. Jo. Andr. in c. tenor. ext. de Re Jud.* quamvis pro absente fuerit concepta. *Gail. lib. 1. obs. 109.* nisi contumaciter aliquis

quis absit. d. l. 47. Et l. absentem. 5. ff. de poen. quia contuma-
cis absentia Dei praesentia suppletur. l. properandum. 13. §. 4.
C. de Jud. Br. in l. ea qua ff. quom. Et quan. Jud. n. 2. Angel. in
l. de unoquoq. ff. de Re Jud. n. 3. quot modis autem quis con-
tumax esse dicatur, vide apud Jo. de Imol. ad l. contumacia.
53. ff. d. r. & causas absentiae excusantes vide apud Myns. cent.
4. obsi 57. adde. l. 2. §. quod diximus. cum §. seq. ff. si quis cau.
In crimine laesae Majestatis sententiam contra absentem lata
valere ait Angel. in d. l. absentem. Caterum si partes sint praes-
entes, citatione opus non est, quia citatio solummodo fit ad
partis praesentiam habendam, poterit tamen Judex perem-
torie partes praesentes monere, ut Sententiam audiant. Pa-
norm. hic. §. tenor. n. 12. Porro citatio fieri debet tribus edi-
ctis, sive uno pro omnibus. l. 53. §. 1. ff. de Re Jud. l. 7. C.
quom. Et quan. Jud. l. ad peremptorium. 68. junct. l. 70. ff. de Jud.
e. cum olim. in f. ext. de testib. Jo. de Imol. ad l. de unoquoq. ff.
de Re Jud. n. 1. Et seqq. In Camera satis est partes semel ad to-
tam causam peremptorie citasse. Gail. 1. obsi 109. n. 2. Myns. 3. obsi
76. quia illa repraesentat Imperatorem, cujus unica citatio
habet vim peremptorii. juxta Jason. in l. 1. de constitut. Princip.
n. 9. Afflict. ad c. un. qua sent. regal. n. 41. Facta ergo compari-
tione Judex debet pronunciare, & quidem de scripto, hoc est,
sententiam in libellum collatam partibus praelegere, & qui-
dem oculis corporeis, Rol. à vall. cons. 41. n. 2. Et seq. pag. 176.
Non enim omnis vox, non omnis voluntas Judicis sententia
est, sed ea tantum, quae causa cognita ab ipso Judice de libel-
lo clarius per scripto literis recitatur. arg. l. 14. ff. de Re Jud. ad-
de l. ex stipulatione. 7. C. de sent. Et interloc. adeo ut ea, quae ante
scripta non fuerit, ne quidem nomen sententiae mereatur,
nec ad rescissionem perperam decretorum appellationis so-
lennitas requiratur, ut apparet ex alleg. n. 1. Et 2. C. de sent. ex
brev. adde l. fin. C. comminat. epist. Oldendor. tract. de sent. c. 20.
Perr,

Petr. Greg. Tholos. part. 3. lib. 50. c. 1. n. 22. Conceptorum enim redactio in scripturam pro formâ requiritur, & est de Juris solennitate, quæ adeò præcisè servanda est, ut actus aliàs planè sit invalidus. *c. f. de Re Jud. in 6. c. 1. de sent. excom. in 6. c. in primis. 2. q. 1.* Sic etiam lectio & pronuntiatio est de Juris solennitate, ita ut sententia scripta & non lecta, sententia non sit, sed præparatio illius. *Pantzschman. lib. 2. quest. Jur. Controv. quest. 3. n. 29. pag. 66.* Aliud est in sententia brevium litium, & aliis vilis & modici momenti causis, in quibus expresso partium consensu solennitas scribendi potest omitti. *per text. & gl. in l. quoties. 3. C. de privil. Scholar. Auth. Nisi breves. C. de sent. ex brev. Arn. de Reyg. d. Disp. 8. 11. lit. B. Jas. in d. §. curare. col. 2. & in d. l. nec quidquam. §. ubi decretum. col. 14. & seq. ff. de off. Procons. & com. Dd.*

(k) Omnis quippe sententia in se contineri debet vel condemnationem vel absolutionem. *dd. ll. 1. 3. 4. & ibi Br. ff. de Re Jud. d. l. Preses. 3. & ibi Cyn. C. de sent. & interl. l. si Prætor. 75. ff. de Jud. gl. in d. l. diem proferre. 27. §. si plures. 3. & l. quid tamen. 21. §. si arbiter. 1. & ibi Br. ff. de recept. qui arb. Berro. vol. 1. consil. 193. n. 61.* ad hunc enim finem tota fit lis inter litigantes, ut per eam sententiam mediante Judice obtineatur condemnatio vel absolutio, hæc quidem Actore non probante. *l. qui accusare. 4. C. de edend. illa verò Actore intentionem implente. l. f. C. de Rei vind. neque reo idoneè contra quid excipiente. l. si quidem. 9. C. de Except. Quamvis etiam sententia utramque, hoc est, & absolutionem & condemnationem continere possit, in diversis tamen articulis. *c. 1. de sequest. poss. d. l. 1. ff. de Re Jud. vel aliquid, quod tantum valeat. d. l. quid tamen. 21. §. si arbiter. ff. de recept. qui arb. c. in his. X. de V. S. idem enim foret, si Judex dixisset, Non video, cur Titium non condemnem,* quia perindè est, ac si dixisset*

C

Con-

Condemno. Alex. & Jas. in d. l. 1. ff. de Re Jud. Felin. in c. cum venerabilis. X. de except. vel si Judex diceret, videtur mihi Titium debere. d. l. quid tamen. & ibi Br. l. divi fratres. 27. §. 1. ff. de liberal. caus. Secus esset si diceret, Pronuncio Titium condemnandum esse; cum tractus futuri temporis non spectet ad Judicem, & aliud sit quem liberandum & aliud liberatum esse, talis enim pronuntiatio expectat aliam sententiam. l. quæ sub conditione. 8. §. f. ff. de condit. Inst. Bart. in l. 1. C. si advers. lib. Arnold. d. Reyger. d. Disp. 8. 7. In causâ appellationis autem Judex non necesse habet dicere Absolvo, vel Condemno, sed tantum *Confirmo vel Infirmo* priorem sententiam. l. eos. 6. C. de appell. Cæterum hic pronuntiandi modus vetustissimus est, siquidem Romanis in more positum erat, Judicaturis tres tabellas dari diversis notis sculptas, quarum quam vellent, mitterent in urnam Judicii, una habebat notam literæ A. quæ erat nota Absolutionis, altera literam C. quæ erat Condemnationis, & alicubi D. quæ mortem significabat, quibus Augustus tertiam notam addidit. N. L. id est, *Non Liquere*, quæ erat tabula suspensionis Judicii, quando scilicet litigantium contentiones paribus constabant calculis, utrinque adductis paribus rationibus, ut Judex cogeretur pronuntiare, *non liquere*. Sic interdum Judices coguntur Judicium differre, quod certâ sententiâ non possunt planè componere, quare lites quædam remanent diutius sub Judice, quod Practici in Galliâ vocant *mettre le proces au croc*. referente Petr. Gregor. Tholos. in syntag. Jur. lib. 50. cap. 1. n. 10. & seq.

THESIS QUINTA.

Finis Sententiæ Definitivæ est, ut lis seu
causa

causa in Judicium deducta decidatur (a) partibusque Jus & Justitia omni meliori modo administretur. (b)

(a) *l. eos. 6. C. de appell.* Si enim alibi, sanè hinc Sacratissimi Imperatoris verbum *Properandum*, quod habetur *in d. l. 13. in pr. C. de Jud.* utramque facit paginam, & à Judicibus diligentissimè observari debet, ne scilicet lites fiant immortales, & vitæ hominum modum excedant, cui præsentissimo malo nervum incidit Sententia diffinitiva, quæ litium decisionem ut scopum suum exosculatur. *d. l. eos. 6. C. de appell. c. 2. X. de Re Jud. l. qualem autem. 19. ff. de recept. qui arb. d. l. 1. § l. 56. ff. de Re Jud. c. finem litibus. X. de dolo & contum. gl. in l. 1. ff. de Jurejur. Surd. de aliment. tit. 5. quest. 8. n. 3.* Et hinc est, quod, si sententia lata sit, statim cesset Judicis officium, quia per hoc illo functus esse dicitur. *d. l. Judex. 55. ff. de Re Jud.* ita ut sententiam amplius corrigere non possit, quamvis id, quod deest, supplere non prohibeatur. *d. l. Judex. § ibi Br. junct. l. Paulus. 42. ff. eod. c. quod benè. 6. q. 4. c. in literis. X. de off. del. licet Papa hoc sibi reservaverit, ut corrigere possit. c. cum olim. X. de Re Jud. c. tum ex literis. X. de in integr. rest. c. apostolica. 35. q. 9.* Interlocutoriã autem Judex corrigere potest. *d. l. quod jussit. 14. ff. d. t. Jo. de Imol. ad d. l. Judex. n. 1. § 2.*

(b) *c. inter ceteras. X. de Re Jud.* Debent itaque Judices in ferendis sententiis memores esse illius, quod habetur in *l. quod si Ephesi. 4. §. f. ff. de eo quod cert. loc.* quod scilicet Justitiam ante oculos habere debeant, cum in omnibus rebus præcipua Justitiæ æquitatisque quàm stricti Juris

ratio habenda. *l. placuit. 8. C. de Jud. & bonæ fidei non congruat de apicibus Juris disputare. l. si fidejussor. 29. §. quædam. 4. ff. mandat. ne accidat illud, quod inquit Imperator in l. rem non novã. 14. C. de Jud. quod non magis judicent alios quàm ipsi judicantur, & ipsis etiam magis, quàm partibus terribile Judicium sit, siquidem litigatores sub hominibus, ipsi autem DEO inspectore adhibito causas proferunt trutinandas. Debent etiam veritatem ob oculos habere Judices. *d. l. quod si Ephesi. cum in judicando cordi magis sit custodia veritatis, quàm obedientia voluntatis. c. judicet. 3. q. 7. in f. undè Manil. lib. 3.**

Cum Judex vero nihil amplius annotat ipso.

De arbitro hoc loco obiter notandum, quod ipsius sententiæ stetur, quamvis iniqua sit, *d. l. diem. 27. §. stari. 2. ff. de recept. qui arb.* propter naturam compromissi, quod fit per stipulationem, quæ stricti Juris est. *l. quicquid astringenda. 99. ff. de V. O.* undè is, contra quem ejusmodi sententia lata est, non habet, de quo conqueratur, cum sibi debeat imputare, quod in talem arbitrum compromiserit, & ob id æquo animo ferre. *d. l. si verò enormissimè læsus fuerit, exceptione doli mali tutus esse potest. l. non distinguemus. 32. §. 14. ff. de recept. qui arb.*

THESIS SEXTA.

Effectus Sententiæ definitivæ est, quod stricti Juris sit (a) & post decem dies transeat in rem judicatam (b) adeoque Jus faciat inter partes. (c)

(a) *l. 1.*

(a) *l. 1. C. si plur. un. sent. Wesen. in parat. b. n. 8.*

(b) *id quod probatur ex rubr. ff. de Re Jud. N. 23. c. 1. N. 119. c. 4. Auth. Hodiè. C. de appell. Roland. à Vall. vol. 2. conf. 77. n. 16. Henning. Goden. in conf. pag. mibi. 173. n. 3. qui dicit, quod is, qui intra decendum non appellat, per Juris interpretationem videatur sententiæ latæ acquievisse, illique consensum præstitisse, ut probatur. ex l. ab eo. 3. C. quom. & quan. Jud. l. f. C. de sent. quas. sin. cert. quant. Ex quo apparet differentia inter Sententiã & Rem Judicatam; differunt enim tanquam Causa & Effectus, habetque Sententiã se per modum agentis, Res judicata verò per modum patientis, quamvis interdum lato modo, figuratè, & per metonymiam unum pro altero dicatur, ut t. t. C. de Exec. Rei Jud. Duar. de Re Jud. pag. 665. Si itaque sententiã abierit in rem judicatam, ita subsistit, ut ob instrumenta noviter inventa, aliasque probationes & testes alios retractari non possit. l. sub specie. 4. C. de Re Jud. l. si patronus. 12. §. 3. ibi: Rebus Judicatis standum est. ff. de bon. libert. l. 1. §. f. ff. de quest. l. 27. in pr. ff. de pœn. arg. l. 39. C. de transact. (nisi in causâ publicâ. l. Imperatores. 35. ff. de Re Jud. & in criminalibus, puta Sententiã corporis afflictivâ, in quibus ex gratiâ speciali & per Principem duntaxat per probationes noviter reperitas potest condemnato subveniri, textus est valdè notabilis in l. Divi fratres 27. & ibi Br. ff. de pœn. Pari ratione idem dici posse in pœnâ honoris privativâ, vel aliâ latâ super crimine dicit Panorm. b. §. consanguinei. n. 12. adde Petr. Greg. Tholos. in Syntag. Jur. par. 3. lib. 50. c. 1. n. 35.) Atque hâc ratione Sententiã pro veritate habetur. l. ingenuum. 25. ff. de stat. hom. l. res Judicata. 207. ff. de R. J. & pro eâ præsumitur. arg. l. Herennius. 63. §. Gaja. 1. ff. de Evict. Panorm.*

C 3

b. §.

h. §. cum inter n. 11. Simon. de Pratis. conf. 10. n. 29. Hinc secundum Jason. in rubr. ff. de Re Jud. & in l. Julianus. 60. ff. de condict. indeb. tanta est Sententiæ autoritas, tantaque vis, ut faciat de non ente ens, de falso verum, & de albo nigrum. adde Bl. in c. nosti. ext. de Elect. & in c. in presentiâ. X. de renunciat. Pancirol. conf. 77. n. 3. pag. 118. & de indebito debitum. l. cum putarem. 36. ff. famil. hercis. Sim. de Prat. Conf. 120. n. 14. & naturalia sanguinis vincula mutet. arg. l. jus agnationis. 34. ff. de pact. non quidem essentialiter, sed quoad effectum. Rol. à Vall. vol. 1. Conf. 83. n. 15. Etsi igitur injusta videatur Sententia, non tamen propterea est nulla, sed transit in rem judicatam, si intra decem dies non appellatur, & semper præsumitur, quod sit justa, cum legitimè sit processum. c. sicut. X. de Re Jud. Wesenb. in parat. h. n. 8. Sunt tamen quidam casus, in quibus Sententia non transit in rem judicatam, ut in causâ matrimonii, si contra illud lata sit, nam revocatur, quandoque error detectus fuerit. c. fraternitatis. X. de frigid. & malef. d. c. lator. & d. c. consanguinei. X. de re jud. ubi gl. in verb. permanere. Castrens. Conf. 354. n. 2. quem citat Gail. lib. 1. obs. 112. n. 1. Menoch. de præsumt. lib. 1. quest. 96. n. 3 Schurff. cent. 2. conf. 48. n. 9. pag. 235. Wesenb. in parat. h. n. 8. ne scilicet matrimonia legitima lenitate quâdam dissolvantur. Goeden. in Conf. pag. mibi. 259. n. 8. adde Panorm. b. §. lator. n. 1. Si verò pro matrimonio sententia lata sit, in rem judicatam transit. Petr. Greg. Tholos. in Syntag. par. 2. lib. 50. c. 21. n. 8. pag. 61. Similiter in rem judicatam sententia non transit, si ex præsumtionibus lata sit. arg. l. si qui adulterii. 34. C. ad L. Jul. de adult. nisi sint certæ, violentæ, & urgentissimæ præsumptiones, quarum exempla proponit Goeden. in Conf. pag. mibi. 256. per text. not ab. in c. literis X. de præsumt. Aut ex opinione peritorum in aliquâ arte, puta me-

medicâ, obstetriciâ, &c. nam semper potest revocari quan-
 docunque apparebit opinio alterius periti rectius sentien-
 tis, nisi illi periti sint assumti de voluntate utriusque partis.
d. c. fraternitatis. Pancirol. cons. 11. n. 11. pag. 26. Bero. volum. 3.
cons. 144. n. 53. pag. 412. Alex. & com. Dd. in l. si ab hostibus. ff.
solut. matr. Jason. in d. l. admonendi. n. 3. & 41. ff. de Jurejur.
Hippol. in l. un. n. 145. C. de rapt. virgin. Dissentit Tessaur. Decis.
25. n. 2. Aut ex falsis testibus, vel instrumentis. l. 3. & per tot.
C. si ex fals. instrum. Item, si sententia sit venalis, ut quandò
Judex pecuniâ corruptus malam pronunciat sententiam.
l. venales. 7. ubi Cyn. C. quan. provoc. non est neces. c. cum ab o-
mn. X. de vitâ & hon. Cler. Jo. de Jmol. ad l. Divus Hadria-
nus. 33. ff. de Re Jud. n. 12. ubi corruptelarum species recenset,
adde Niviz. in sylv. nupt. lib. 5. pag. 579. n. 101. id, quod fieri
non debet. Sicut enim Justitia incorrupta virgo dicitur, ita
& Judex incorruptus esse debet. Petr. Greg. Thol. in Syntag.
Jur. par. 3. lib. 50. c. 1. n. 14. Hinc apud Veteres statuæ Ju-
dicum sine manibus ponebantur, ut significaretur ἀδωρε-
δοκῆτας καὶ ἀδενάστας illos esse oportere, qui incorruptè ve-
lint judicare. Et generaliter in omni sententiâ hoc pro-
cedit, quæ per se nulla est. d. l. si expressim. 19. ff. de Appell. Dd.
in d. c. quoniam contra. hæc enim non meretur nomen sen-
tentiæ. Vant. de nullitat. c. 5. n. 2. & 3. & quod nullum est,
nullum Juris effectum producit. Tessaur. decis. 228. n. 3.
pag. 181. Nulla autem dicitur sententia multis modis, ut ex
hactenus dictis colligere licet, utpotè ratione Judicis, si ni-
mirum defectus quidam in illo deprehendatur, de quo
dictum fuit suprâ θ. 2. vel ratione Jurisdictionis, puta, si la-
ta sit à non suo Judice. c. & si Clerici. X. de Jud. c. ad nostram.
X. de consuet. vel Judex extra territorium suū eam tulerit. c. le-
ges 3.

ges. 3. q. 6. Item nulla est sententia ratione litigatorum, ut si lata sit contra minorem 25. annis in iudicio, sine tutoris vel curatoris autoritate interveniente. *l. 1. & 2. C. qui legit. pers. l. si curatorem. 3. C. de in integrum restit. l. acta. 45. S. f. ff. de re jud.* vel si actor, pro quo lata est, fuit publicè excommunicatus, secus si contra eum lata fuerit sententia. *c. cum inter. X. de except.* vel si falsus procurator intervenit. *l. licet. 24. C. de procurat. c. ex parte. X. de rescript.* Item nulla est sententia ratione loci, ut si Judex in alio loco pronunciet, quàm partibus statuerit. *l. si locus. 59. ff. de Jud. c. f. X. de rescript. d. l. si ut proponis. C. quom. & quan. Jud. d. l. cum sententiam. 6. C. de sent. & interlocut.* vel si lata sit in loco inhonesto, puta in lupanari, vel popinâ. *c. quâ fronte. X. de appell.* vel aliis casibus, de quibus vide supra *ð. 4. lit. C.* Item nulla est ratione temporis, ut si sit lata in feriis, *per jura alleg. sup. ð. 4. lit. D.* Item est nulla ratione causæ, ut si non contineat absolutionem vel condemnationem, vel æquipollens *per text. allegat. sup. d. ð. 4. lit. K.* Item nulla dicitur sententia ratione quantitatis, ut si Judex datus est ad cognoscendum de decem, & pronunciat de viginti. *l. de quâ re. 74. ff. de Jud. l. diligenter. 5. ff. mandat.* non tamen tota vitiabitur sententia, sed in quantum Judex excessit. *argum. l. 2. ff. de V. O. l. placuit. 29. ff. de usur.* ut res magis valeat, quàm intereat, nec utile per inutile vitiatur. *arg. c. illa. X. de elect.* Item est nulla ratione modi, ut quia lata est à Judice procedente, vel stante, vel aliter, *de quo supra d. ð. 4. lit. B.* Item nulla est ratione processus, ut si est lata omissio aliquo de his, quæ sunt de substantiâ ordinis judiciarii. *d. l. prolatam. C. de sent. & interl. Mod. Pist. cons. 10. pag. mibi 113. n. 20.* Item est nulla

nulla ratione manifestæ iniquitatis, puta si contineat
 in se expressum errorem contra Jus scriptum. *c. per
 tuas. X. de sent. excom. l. 1. ff. qua sent. sin. app. c. cum
 inter vos. X. de re judic. Schurff. cent. 2. cons. 12. n. 15. Fe-
 lin. ad d. c. quoniam contra, col. 461. n. 24. Sim. de Prat.
 cons. 106. n. 12. vel si sit contra Jus Divinum. d. l. si expres-
 sim. ff. de appellat. vel si contineat impossibilitatem. l. f.
 ff. qua sent. sin. app. c. f. X. de pact. Alios casus & mo-
 dos vide apud Marant. d. loc. n. 30. & seqq. adde Al-
 bert. de Bonacurs. in aur. pract. pag. 104. & seq. & omni-
 nò Jo. Petr. de Ferrar. in Pract. form. sent. diffin. num. 12.
 & seqq. Specul. de sent. §. Juxta. 8. n. 1. & seqq. Azo.
 b. & alios Dd. Observandum autem est, quod sen-
 tentia nulla, quandò constat de justitiâ in meritis, sit
 confirmanda per Judicem appellationis. Cravett.
 cons. 65. n. 4. & cons. 140. n. 8. cum seq. Jo. Bapt. Costa de
 ratione Rata. quest. 137. n. 22. Cæterùm præcipui mo-
 di, quibus sententia partim rescinditur, partim suspen-
 ditur sunt, restitutio in integrum. *t. t. C. si adversus
 rem judicat. c. auditis. X. de in integr. rest. l. in causa. 13. §.
 ult. & l. præfecti. 17. ff. de minor. querela falsi, d. l. di-
 vus. 33. ff. de re jud. l. 1. & ult. C. si ex fals. instrum. ap-
 pellatio. t. t. ff. & C. de Appellat. l. 1. §. ult. ff. ad Tur-
 pill. supplicatio. l. si quis adversus. 5. & Auth. seq. C. de
 precib. Imperat. off. l. un. C. de sent. præf. prat. alios mo-
 dos vide apud Azon. C. b. t. & com. Dd. Hodie de
 Jure Saxonico locum etiam habet Leuteratio, Leutes-
 rung/ Novell. Elect. Saxon. part. 1. constit. 19. & ibi Moll.
 num. 2. Wittenbergische Hoffgerichts-Ordnung / sub tit.
 von der Leuterung. §. vnd nachdem aus Gewonheit.**

D We-



Wesenb. in parat. h. n. 10. Schneidevv. ad d. §. curare. quæ nihil aliud est, quàm declaratio sententiæ, & hæc in locis, ubi Jus Saxonicum viger, tam in definitivâ, quàm in interlocutoriâ quotidie usurpatur. Coler. decis. 138. in pr. interponenda autem est intra decendum. d. Const. Elect. 19. & Const. Vinar. 14. Mod. Pist. quest. 151. Est & Oberleutung/hoc est declarationis declaratio, sive revisionis revisio, per quam ventilatur causa in Aulâ. d. const. 19. & ibi Moll. n. 26. Proceß- und Gerichts- Ordnung/ cap. von der Leutung und Oberleutung. 35. in pr. Petr. Heig. par. 1. q. 10. n. 54. & seq. Coler. de process. execut. par. 1. c. 3. n. 42. pag. mibi 102. Qui autem sententiam rescindi petit, debet prius summam probare, se aliquid habere, quare sententia non ita ferri debuit. Mod. Pist. cons. 64. n. 80. An verò sententia Judicis, quæ plura continet capita minimè connexa, possit pro parte approbari, pro parte oppugnari, hoc loco quæritur? & respondetur quod sic. per Abb. Jo. Andr. & Felin. in d. c. cum inter. X. de sent. & re Jud. adde Johan. Bapt. Cost. quest. d. 137. num. 1. & seqq.

(c) *d. c. cum inter. l. statu liberi. 29. §. 1. ff. de Statu lib. Berous volum. 2. cons. 2. num. 40. & vol. 3. cons. 90. n. 11. Sim. de Prat. cons. 153. n. 11. Mod. Pist. cons. 12. num. 73 & seq. Hinc ei, qui obtinuit, non modò datur Exceptio litis finitæ, si ob rem judicatam conveniatur. t. t. ff. de Except rei jud. sed & Actio judicati, ut satisfiat sententiæ. Panorm. b. §. sicut nobis, num. 3. Petrus*
Gre-

Gregor. Tholosan. in Syntagmat. Jur. par. 3. lib. 50. c. 1. num. 28.

THESIS SEPTIMA.

Adjunctum Sententiæ Definitivæ est Executio.

Et quidem necessarium, maximè si is, contra quem lata est, sit morosus, frustra enim Judicia instituta essent, frustra item sententiæ ferrentur, nisi id, quod judicatum est, mandaretur Executioni. c. cum aliquibus. X. de Re Jud. c. sicut. 2. q. 1. c. quod ad consultationem. X. d. l. gl. in rub. C. de Exec. rei jud. Ord. Camer. Imper. par. 3. tit. 48. de execut. sent. idque propter auctoritatem rerum judicatarum, in quâ versatur populi frenum & dignitas. Petr. Gregor. Tholos. in Syntag. par. 3. lib. 36. c. 25. n. 38. pag. 413. Et part. ead. lib. 50. c. 1. n. 29. pag. 827. adde And. Gail. lib. 1. obs. 113. in pr. Dan. Moller. ad Const. Saxon. par. 1. Const. 32. n. 1. Mynsing. cent. 3. obs. 68. in pr. ne scilicet sententia sit similis campanæ, quæ caret pistillo. Moll. ad d. const. n. 2. Matth. Coler. de process. execut. in prefat. n. 4. Et par. 3. c. 12. n. 168. cum etiam auctoritas Magistratus contemptui & despectui habeatur, si sententias latas non exequatur. Jac. Thoming. Conf. 27. n. 6. vol. 1. Et conf. 8. n. 7. vol. 2. Execretur autem Executio si sententia abierit in rem judicatum, l. cum quedam puella. 19. ff. de Jurisd. d. Autb. Hodiè. C. de appell. Coler. de process. execut. p. 1. c. 2. num. 1. Et quidem ab eodem Judice, qui eam tulit, cujus officium

D 2 cium



cium, quod imploratur pro executione, est nobile, *secundum Br. in l. jubere caveri. 4. n. 3. ibidemq. Jas. n. 12. ff. de Jurisd. Alex. in l. à divo Pio. 15. §. 1. n. 7. & l. intra dies. 7. n. 6. de Re Jud.* ubi etiam assignat rationem, quia, inquit, post sententiam officium Judicis expiravit. *d. l. Judex. 55. ff. eod. l. terminato. 3. C. de fruct. & lit. expens. Ang. in l. qui restituere. 68. num. 2. ff. de rei vindic.* adeoque Judex exequens merus est executor, nec assumit in se partes Judicis circa causam principalem. *Spec. de execut. sent. §. breviter. n. 1. Coler. de process. execut. par. 3. cap. 2. n. 4.* Hinc licet Judex post sententiam diffinitivam dicatur functus officio suo, ut supra dictum est, ex *d. l. Judex. 55.* non tamen omninò functus dicitur, sed demum post executionem factam. *Panorm. in d. c. in literis. X. de off. deleg. Blar. ad L. Diffamari. c. 9. n. 2. pag. mihi 349.* Fit itaque Executio, ut hoc obiter inspergamus, post quatuor menses à tempore latae sententiæ ex novissimâ Justiniani constitutione. *l. fin. C. de usur. rei Jud.* sed hoc tempus Jure Saxonico ad sex septimanas cum tribus diebus est redactum, quam consuetudinem etiam approbavit Augustus Elector Saxoniae *in Novell. part. 1. constit. 32. post pr. vers. darzu ihm dann.* id quod repetitum novissimè, in *Proceß- und Gerichts-Ordnung. c. von der Execution. 39. col. 3. §. wenn aber das Urtheil. p. 97.* & quidem in rebus condemnati Executioni subjectis, undè excipiuntur vestes, lecti, vasa fictilia, deputata ad quotidianum usum, quia ista bona in hypothecam non transeunt, *secundum Br. Bl. & Dd. in l. 1. C. qua res pign. oblig. item res ad agriculturam pertinentes. l. executores. 7. & seq.*
cum

cum Auth. Agricultores C. d. t. item libri studiosorum, si alia non habeant bona. gl. in l. Nepos Proculo. 125. ff. de V. S. arg. l. stipendia. 4. C. de Execut. rei jud. Horat. Lucius Calliens. in suo tract. de privileg. Scholar. privil. 32. pag. 59. multæque aliæ res, de quibus vide Arnold. de Reyger. d. Diss. 0. 36. & seq. Marant. d. loc. n. 44. & com. Dd. Et debet incipere Executio à mobilibus, veniendo postmodum ad immobilia, & tandem ad nomina & jura. d. l. à divo Pio. 15. §. in venditione. 2. ff. de re jud. l. etiam. 5. C. de execut. rei jud. quibus non sufficientibus, ultimo loco devenitur ad capturam personæ. l. 1. C. qui bon. ced. poss. quomodo hodiè instituenda sit Executio vide d. const. Elect. 32. part. 1. Proceßvnd Gerichts Ordnung. d. c. von der Execution vnd Hülffe. 39. col. 4. §. ane sänglich zwar. & seqq. adde Coler. par. 1. c. 2. n. 44. Fachs. lib. 1. Diff. 57.





S O N N E T.

Monsieur, d'autant que vous dispute de Sentence
Définitive sagement avec raison;
Tous les neuds empestrés desnoüant à foison,
Pour acquérir un Droit et louablement Licence:
Vous par suffrage, & par applaudement du Monde
Serez jugé digne du tiltre de Docteur:
Et partant vous en bref Monsieur le Promoteur
Ainsi renoncera, par sa voix bien faconde,
Docteur en Droit Civil, & Canon, par coustume
Au temple de Sainct Paul: Pourtant on bien presume
De vostre grand esprit, & bon entendement,
Par lequel vostre nom ne meurt jamais au monde;
El vrayement par tout vostre louange abonde:
Ce, qui est icy bas, un grand contentement.

David Lindener;

Quatrain,

A Strée, estant des cieux n'aguères retournée,
Vid de mon cher parent de l'arrest le discours,
Et dit, je feray donc en terre mon seiour,
Puis que ie suis si bien par moy mesme arrestée.

Ali-

A L I U D.

Plonirapo Athlothæ defert *Sententia* palmam;
 Si strenuam pugnavit ille pugnam,
 Qui benè vāsano cecinit Dithyrambon Jācho
 Taurum meretur, ut Caprum Tragædus:
 At majora manent Te pridem præmia, WELSCI
 WELSCI, verendæ corculum Themistæ,
 Qui nunc ritè doces, qualis *sententia* lites
 Decidat, & omnibus suum reponat.
 Scilicet hinc tibi summus honos, hinc gloria surget,
 Bonæ ocyus Famæ intimanda lingvis,
 Et quæ stelliferum Titan subit aureus æquor,
 Et quæ marinos intrat ille fluctus:
 Insuper ipsa suâ cinget tibi tempora laurô
 Astræa, in hocce Diva rara seculo.
 Concilio hæc Themidos de te *sententia* lata est,
 In rem redacta jamdum *judicatam*.

avrogediasî scrib.

M. Polycarpus, VVirtb.

F I N I S.

W. L. H. D.

Qui nunc iudex, quid iudex
Dicit, et omnibus
Et quid illi, etiam
Et quid illi, etiam
Et quid illi, etiam
Et quid illi, etiam
Et quid illi, etiam
Et quid illi, etiam
Et quid illi, etiam
Et quid illi, etiam

M. T. C. G. W. V. H.

W. L. H. D.



153989

ULB Halle 3
003 260 577



R

VD 17



quibus
pbila
pbi
lateralie di-
cuntur car-
te in quibus
continen-
tur incan-
ta cōnes.

Si
dum
na cōnes.
in comos
suas. sim
legem isti
cremāt.
sed ille in
cūctis co-
mo be e fi-
unt post
publica-
conem bo-
noze in ex-
istam mit-
tatur. ut. C.
de malefi.
nullus. ac.

Non
liceat
at. ppter
segetes.
nunquid
ergo hic
rephendi
tur astro-
comiaū

ritus ignarus. Ideo tñ bñdus ē diuinus.
Quid aut mirū si quē admodū ille corpis
bumanū vel p̄urbata uel mortificata tem-
perie seu bonas seu malas futuras p̄uidet
ualitudines. sic demōes in aeris affectōe
sibi notas nobis ignotas p̄uidēt futurā
tēpestates. Aliqñ boīm etiā disposiciōes
nō solū uoce platas ueruz etiā cogitacōe
oreptas. cū signa q̄dam ex aīo exp̄mū-
tur in corpore tota facilitate p̄discūt. atqz
hinc etiā n̄ ultra futura n̄ūciant. alijs vi-
delicet. m̄ia q̄ illa disposiciō nō nouerunt.
fallunt etiā it̄ dū fallēdi. m̄uda volū-
tate q̄ boīm erroret̄ erantur. s̄ ne apud
cultores suos p̄dus auctoritatis amit-
tant. id agūt vt inter p̄b̄s suis signoz
qz suoꝝ. directoribz culpa tribuat̄ qñ ipi
mali decepti fuerint vel mēti. Nō unq̄
vero ipsi maligni spūs et illusores boīm
atqz inuasores salutis eoz solēt p̄dice-
re defectū culare sue et p̄doloꝝ ruīnam
quatinus p̄scñ videātur qd̄ in singlis re-
gms ā locis ueruz et qd̄ aduersi sue fa-
ctōm otingere possit. qd̄ etiā illi q̄ gēnū
historias legūt nō ignorāt. Quid ergo
mirā si iam imminēte tēploꝝ. q̄ simulacro
ruy. euerhiōe quā p̄b̄et̄ dei sumi tāto an-

illa p̄kure facit. Vnde
et nouissima annūciante in
estis. Cultores vero p̄doloꝝ
mūione sepandi sūt. Sp̄na
ad corinthios. si q̄s frat̄ fo-
rus aut p̄dolis fuēs cū ei
bū sumere. **H**inc eē in d̄
rñ umoris legit̄.

Quis ariolos arusp-
res obfuaugrit ā p̄bi-
vius fuerit anathema sit.
ritano occhio. ca. xxxiij. **Q**

Ni diuina cōes expe-
um subsecūtur. uel in d̄mo
di boies intro ducunt ex q̄re
magica ā exp̄iādi cā sub re-
iaceāt sc̄dm gradus p̄miti
Quē ex oculi. marām ip̄e.

Non liceat
xp̄iams tenē tradicōe
fuare uel colere elemēta ā
curfus. ā manē signoz. Falli
faciēda. uel p̄pter segetes
tādas uq̄. v̄nigā. s̄.

Processus Epistolae
Johannes de Reuter.

Omnia q̄ p̄d̄m̄



27 481.

Disputatio Juridica
De
SENTENTIA
DEFINITIVA.

Quam
Magnifico Amplissimoq; Jure-Consulto-
rum Ordine in Academia Lipsiensi
annuente,

Pro
LICENTIA DOCTORALI

In Aroaterio Collegii Principum
Majoris Majori,

Addiem XII. Decembris

Publica συζήσις et committet

M. CASPAR MICHAEL WELSCH
Lipsiensis
ANNO MD CXXXIII.

LIPSIÆ
Typis RITZSCHIANIS.

